requirent hominem a morte non liberabunt
neque infirmum a potentiore eri
pient. hominem cecum ad visum
non restituent. de necessitate ho
minem non liberabunt. Viduae non mi
serebuntur neque orphanis benefa
cient. Lapidibus de monte similes
sunt dii illorum lignei et lapidei au
rei et argentei. qui autem colunt
illa confundentur. Quomodo ergo esti
mandum est aut dicendum illos esse
deos? adhuc enim ipsis Chaldeis non
honorantibus ea. Qui cum audie
rint mutum non posse loqui offerunt
eum ad bel postulantes ab eo lo
qui quasi possint sentire qui non habent
motum. et ipsi cum intellexerint re
linquent ea. Sensum enim non habent ip
si dii illorum. Mulieres autem circum
datae funibus in viis sedent succen
dentes ossa olivarum. Cum autem aliqua
ex ipsis attracta ab aliquo tran
seunte dormierit cum eo proxime suae ex
probrat quod ea non sit digna habita sicut
ipsa neque funis eius diruptus sit.
Omnia autem quae illis fiunt falsa sunt.
Quomodo ergo estimandum aut dicen
dum est esse illos deos? A fabris autem
et ab aurificibus facta sunt. nihil aliud
erunt nisi id quod volunt esse sacerdotes
et aurifices. ipsi etiam qui ea fabricant
non sunt multi temporis. Numquid ergo pos
sunt quae ab ipsis fabricata sunt esse
dii? reliquerunt autem falsa et ob
probrium postea futuris. nam cum super
venerint illis proelium et mala, cogi
tant sacerdotes ubi se abscondant
cum illis. Quomodo ergo sentiri debe
ant quoniam dii sunt qui nec de bello se
liberant neque de malis se eripiunt?
nam cum sint lignea et inaurata
et inargentata sciatur postea quia
a falsa sunt gentibus universis et re
gibus quae manifesta sunt quia non sunt

dii, sed opera manuum hominum et nul
lum opus dei in illis est. Unde ergo
notum est quia non sunt dii, sed o
pera manuum hominum et nullum
dei opus in ipsis est. Regem regio
ni non suscitant neque pluviam hominibus
non dabunt. iudicium quoque non dis
cernent neque regionem liberabunt
ab iniuria quia nihil possunt sicut
corniculae inter medium caeli et ter
rae. Etenim cum inciderit ignis in do
mum deorum ligneorum aureorum et ar
genteorum, sacerdotes quidem i
psorum fugient et liberabuntur. ipsi
vero sicut trabes in medio combauren
tur. Regi autem et bello non resistent.
Quomodo ergo estimandum est aut reci
piendum quia dii sunt? non a furibus
neque a latronibus se liberabunt dii
lignei et lapidei et inaurati et
inargentati quibus hi qui fortiores
sunt aurum et argentum et vestimentum
quo operti sunt auferent illis et abi
bunt nec sibi auxilium ferent. Itaque
melius est esse regem ostentantem
virtutem suam aut vas in domo
utile in quo gloriabitur qui possi
det illud, vel ostium in domo quod
custodit quae in ipsa sunt quam fal
si dii. Sol quidem et luna et sidera cum
sint splendida et emissa ad uti
litates obaudiunt. Similiter et ful
gur cum apparuerit perspicuum est.
Idipsum autem et spiritus in omni regione
spirat. et nubes quibus cum imperatum
fuerit a deo perambulare universum
orbem perficiunt quod imperatum est eis.
Ignis etiam missus desuper ut consumat
montes et silvas facit quod praeceptum est ei.
Haec autem neque speciebus neque
virtutibus uni eorum similia sunt. Unde
neque estimandum est neque dicendum
esse illos deos quoniam non possunt neque iudi
cium iudicare neque facere hominibus.